Quelle: http://manuscripta.at/?ID=41508
Copyright: Melk, Benediktinerstift

labia custodiunt scienciam · et legem exquirunt ex ore ipsius · Angelus
enim dei omnipotentis Ideo dicitur · ut sacerdotes gloriam predi
cemus · non ut alicui personalibus meritis arrogetur · Ergo abre
nunciasti mundo · abrenunciasti seculo · Esto sollicitus · Cum peccatis
debet · semper cautione sua considerat · Et tu qui fide debes vovere · fide
servia quia multo preciosior est pecunia · Fides enim etiam patrimo
nii est · pecunia temporale · Et tu ergo semper recordare quid promise
ris · Eris cautior si tenueris promissionem tuam · Deinde accessisti
primus · vidisti fontem · et vidisti sacerdotem super fontem · Ne hoc possis
dubitare quia caminum ureum non potuerit videre quod recidit illu
sirum neaman · Quia et si mundatus est · tamen ante dubitavit · Hoc
dicam · scilicet Incipe · Ingressus es · vidisti aquam · vidisti sacerdotem · vidisti
leuitam · ne forte aliquis dicerit · hoc est totum · Primo hoc est totum
videre totum · ubi tota innocencia · ubi tota pietas · tota gracia · tota sciencia
Vidisti quia videre potuisti oculis tui corporis · et humanis respectibus
non vidisti illa quia operantur · sed quia non videntur · Illa multo maiora sunt
quia non videntur · quam que videntur · Quia quia videntur temporalia sunt · que
dicuntur non videntur eterna · Ergo dicam primum · Tenet cautione vocis
Primum mysterium iudeorum quia pribus mris data sunt · primum ve
tustate sacramentorum · deinde secundo prestancia · Istud premitto quod nun
mora et priora sacramenta sunt christianorum quam iudeorum · Quod prepu
tium cum circumcisione transiuit iudeorum populus · Et de baptismo iterum
loquimur · Attamen quia transierunt iudei mortui sunt in deserto · ceteri
qui per hunc fontem transit · hoc est a tremens ad celestia · Hic est cui transitus
Ideo pascha hoc est transitus eius · transitus a peccato ad vita · a culpa
ad gracia · ab inquinamento ad sanctificacione · Cum per hunc fontem
transit · non moritur · sed resurgit · Naaman ergo leprosus erat · Fuit
puella quedam uxori illius · Domini quia meus si velit mundari · uadat
in terram israhel · et ibi inuenet eum qui possit a lepra tollere · Dixit
illa domine sue · uxor marito · naaman regi syrie · qui eum quasi
acceptissimum sibi · misit ad regem israhel · audiuit rex israhel quia
missus esset ad eum cuius lepram mundaret · et scidit uestes suas · Cur
helyseus propheta mandat ei · Quid est quia scidisti uestes · quasi non sit deus
potens qui mundet leprosum · Mitte illum ad me · Et misit illum · Qui ad
uenienti ait propheta · Vade descende in iordanem · mergere a sanctes